

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

Liber nonus: Ad M. Terentium Varronem

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

M. TULLII CICERONIS  
 EPISTOLARVM  
 AD  
 FAMILIAREIS  
 LIBER NONUS,  
 AD  
 M. TERENTIVM VARRONEM.

*¶ ARG. Varro ad adventum expedit.*

M. CICERO M. TERENTIO  
 VARRONI, S. D.



X HIS litteris, quas Atticus à te missas mihi legit, quid ageres & ubi es, cognovi: quando autem te visuri essemus, nihil sanè ex iisdem litteris potui suspicari. In spem tamen venio, appropinquare tuum adventum; qui mihi ultimam solatio sit: et si tot, tantisque rebus urgunt, ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat: sed tamen aut tu potes me, ast ego forte aliquia rejuvare. Scito enim me, postea quam in urbem venerim, redire cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris, in gratiam: et si non idcirco eorum usum diviseram, quod illi succenserem: sed quod eorum me suppudebat. 2 videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimae socii desisset, praecipit illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam: teque, quod in eo permaneris, sapientiorem, quam me, dicunt fuisse. Quamobrem, quum placatis his utor: video sperare

debere: si te viderim, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facile transfigurum. Quamobrem five in Tuscolano, & five in Cumano ad te placebit, five (quod minimè velim) Romæ: dummodo simul simus, perficiam profecto, & ut id utrius nostrum commodissimum esse dijudicetur.

*¶ ARG. Consilium dat, quid eum facere oporteat nocte perlati de Casaris Africana vittoria.*

CICERO VARRONI

6 C ANNINIUS idem, & idem noster, cùm ad me pervesperi venisset, se postridie manè ad te iturum esse dixisset: 7 dixi ei, me daturum aliquid manè; ut petteret, rogavi. Conscripti epistolam noctu: nec ille ad me rediit, oblitum credidi. At tamen eam ipsam tibi epistolam millesimam per meos, nisi audisset ex eodem, postridie te manè è Tuscolano exiturum. At tibi repente, paucis post diebus, cùm minime expectaret, venit ad me Caninius manè: proficiens ad te statim dixit, et si erat ἐν λαβῷ illa epistola, praesertim tantis postea novis rebus allatis, tamen petere lucubrationem meam nolui, & eam ipsam Caninio dedi

Bbb 4 sed

1. VT nullum allevationem quicquam nisi stultissimum sperare debet.) Pal. sextus, quem librum fecit & Tuscolanum Quartum, in Germania scripsum esse, diversitas à libris Italieis indicat, præfert ne nullum allevationem, sicut & alii verbum. *Atticus* ex aliis libris nozavimus. *Glossa:* *Atticus* καὶ πίστοι. Principia quoque epistola legit: *Quia Atticus ad se missas mihi legit:* unde Lambinus forte ex simili scriptora alius libri, quod Atticus à te ad se, quod ego non sequor.

2. *Videbat enim mihi,* cum me in res turbulentissimas infidelissimae socii desisset. Propone lectio Pal. primi: *videbam enim me in res turbulentissimas infidelissimae socii desem:* præceptum illyorum non facie parvif. quam confirmant duilibus Gulielmo consulti, qui tantum videbant variante.

3. *Et ea, quæ impendeant, me facile transfigurum.* 3. *Locus non genuinur;* unus ex Gul. me facile fecerunt undique conjicit, faberum. Pal. sextus: quæ impendunt, me facile tatuunt.

4. *Sive in Cumano ad te placebit.* 2 Ita Palatin. primus, Vaticanius Peckio excerpta. Stevvenian. editio Victoriae ac prima. Pal. tamen

sexus: ad te placet. vulgo excudebatur: sive in Cumano ad te placet.

5. *Ut id utriusmodi commodissimum esse dijudicetur.*) Vulgatum est rataverdeatur, sed quam lectioem introduximus, habemus ac debemus Palatino sexto, Vaticano; unoque ex Gulielmanis, Victor. i. denique editioni. Pal. primus dividetur, quatuor Gulielmo consulti, & editio princeps videtur.

6. *Caninius idem & idem noster cùm ad me pervesperi venisset.*) Ex Pal. primo ac Victoriae editione recepimus hanc lectioem. nam Pal. sexto, Caninius idem & frater cùm ad me pervesperi venisset: tunc quoque Pall. duobus Gulielmo consulti, Vatic. prima & Victoriae editiones, pervespera cum vulgariter noquerit illi: Caninius idem tunc & idem noster, cum ad me super responsum.

7. *Dixi et me daturum aliquid manè, ut petteret regari.*) Pulera lectio deposita in Palat. primo, editione Victoriae, ac duobus Gulielmanis. Pal. sexto principis: dixi et me daturum litterarum aliquid: manè ut petteret regari. vulgaria lectio clomis est: daturum aliquid manè, & ut petteret regari.

8. *Eών.* Obsoleta, non recepta.

sed cum eo & cum homine docto, & cui amantissimo, locutus ea sum, quæ pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilio, quod mihi meti ipsi; ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus. Qui enim vici oris se effuerunt, quasi vicos nos intuentur. Qui autem vicos nostros molestie ferunt, nos dolent vivere. Quæres fortasse, cur, cùm hæc in urbe sint, non absum, quemadmodum tu. Tu enim ipse, qui & me, & alios prudentia vincis, omnia, credo, vidisti, nihil te omnino fecellit. Quis est tam lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat? nulquam incurrat? Ac mihi quidem jam pridem venit in mentem, bellum esse aliquod exire, ut ea, quæ agebantur hic, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabat ipse, putabam, qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset, supicaturum, aut dicturum, etiam si non suspicaretur. Hic autem tuit, & ea re fugit: aut aliiquid cogitat, & habet navem paratam. Denique, levissime qui suspicetur, & qui fortasse me optimè novisset; putaret me idcirco discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. Hac ego suspicans, adhuc Romæ maneo: & tamen *λεπτός*, consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo. Habet rationem mei consili. Tibi igitur hoc censeo: latendum tantisper ibidem, & dum effervesci hæc gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodum negotium confessum sit, confessum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit vicitoris animus, qui exitus seruum, quamquam quæ me conjectura ducat, habeo: sed ex pectore tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor jam raucus erit factus, ad Bajas venire. Erit enim nobis honestius, etiam cum hinc discesserimus, videri veniente illa loca ploratum potius quam natum. Sed hac tu melius: modò nobis fiet illud, una vivere in studiis nostris: à quibus ante delectationem, modò petebamus, nunc vero etiam salutem: non deesse, si quis adhibere voleret, non modò ut architectos, verum etiam ut fabros, ad ædificandam temp. & potius libenter accurrere: si nemo utetur opera, tamen & scribere, & legere *πολιτείας*: & si minùs in curia, atque in foro: at in litteris, & libris, ut doctissimi veteres fecerunt, & navae temp. & de moribus, ac legibus quære. Mihi hæc videntur. Tu, quid sis acturus, & quid zibi placeat, pergratium erit, si ad me scriperis.

T. ARG. Cupit se Varroni presentem.

### CICERO VARRONI

**E**T SI, quid scriberem, non habebam: tamen Caninius ad te eundi, non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, citè me ad te esse venturum. Etsi vide, quæso, satisne reflum sit, nos, hoc tanto incendo civitas, in istis locis esse? Dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis, quocumque in loco simus, eundem cultum, eundem vistum esse. Quid refert? tamen in sermonem incidemus. Valde id, credo, labandum est, ne, cum omnes in omni genere & scelerum, &

flagitorum voluntur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio videatur. Ego vero neglecta barbarorum in scitia, te persequar. Quamvis enim hæc sint misera, quæ sunt miserima, tamen artes nostra nescio quo modo nunc ubiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant: sive quia nulla nunc in te alia acquiescimus, sive quod gravitas morbi facit, ut medieas egeamus, eaque nunc appareat, cuius vim non sentiebamus, cum valeamus. Sed quid ego nunc hæc ad te, cuius domi nascuntur? *γλαῦκος* A' *λύνξ*, nihil scilicet, nisi ut rescriberes aliquid, me extpectares, sic igitur facies.

T. ARG. De Varroni adventu. Ex Diодоти Dialetice sententia jocatur.

### M. T. CICERO VARRONI. S.

**P**ECI *διάντας* me scito καὶ Διόδοτος καίσειν. Quapropter, si venturus es, licito necesse esse te venire. Sin autem non es, τὸ διάντας est te venire. Nunc vide, utrata, καὶ μηδεὶς magis delectet, καυστικόν, an hæc, quam nos Diodotus non coquebat. Sed de his etiam rebus otiosi cum erimus, loquemur. Hoc etiam καὶ Χεύστηπον διάντας est. De Coctio mihi gratum est. Nam id etiam Attico mandaram. Tu, si minùs ad nos; accurremus ad te, si hortum in bibliotheca habes, deerit nihil.

T. ARG. Probat diem, qua conventuri sint: & quæ ad Cesare vieti ab armis discesserint.

### CICERO VARRONI.

**M**IHI vero ad Non. bene maturum videtur fore, neque solùm propter teip, sed etiam propter anni tempus. Quare diem istum probo, itaque eundem ipse sequar. Consilii nostri, nisi eos quidem, qui id sequuntur non sunt, non paeniteret, nobis paenitendum putarem. Sequuntur enim sumus non spem, sed officium. Reliquum autem non officium, sed desperationem. Ita verecundiores fuimus, quam qui se domo non commoverunt: saniiores, quam qui, amissis opibus, dominum non reverterunt. Sed nihil minùs fero, quam severitatem otiosiorum: & quo modo se res haberet, magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quam hos eum, quibus non satisfacimus, quia vivimus. Mihi si spurius fuerit in Tusculanum ante nonas veniendo, istuc te videobo. Sin minùs, perseguar in Cumam: & ante te certiore faciam, ut lavatio patrata sit.

T. ARG. De Cesare ex Africana victoria reditu. De Pompeji & Cesari consiliis. De otio Varroni.

### CICERO VARRONI.

**C**ANINIUS noster me tuis verbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere.

1. Quis est tam Lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat? Recidimus hic noxia ac superflua ex Pall. Stev. Peck editionibus, primis ac Vict. Alias editum fuerat, quamvis que *Αἴτιον Lynceus*, qui instantis tenebris niti offendat.

2. Dum effervescit haec gratulatio.) Stabilitur hæc Victoriana editione. Pal. sexto, Histor. editione principe Inclinat. Palat. primus, & *haec gratulatio*. erit autem effervescente sicut ex parte Livo, alii eadē, ex parte ubi sépè præpositio fine ferre intelligitur. alias adum deferrunt haec gratulatio, paulo post Pal. primus scriptum habetur illa loca pluratum posuit natum: Sextus vero pluratum posuit natum in ora vero, scaturi: mihi elegancia recandida non per nebula, ut dicitur, sed me-  
sclarore promicare videtur.

3. Navae temp.) Ita legi duobus in libris suis testatur Manut quævis ille mendosum puer. Ego in pluribus libris sic scriptum suis reo aut gravas, unde in Pall. duobus atque etiam Victori libris gravari de scriptum fuerat certe, quin navae temp. probum fictionem dubito. nam si ducti dumur notarunt & apud Tacitum bellum alii navae, & apud A. Gellium, navae Philadelphianae in v. c. legitur.

4. Ut larvæ parata sit.) Ita in editione prima ac Victorii, ita in Pall. & omnibus Guelelianis. Quia tamen in quibusdam alii codicibus exstabat, larvæ parata, faciendam putabat Schoppius. II Sulp. ep. 22. *extantia parata sunt*, id est, *ai cīdōpīcīs*, sive supplex ut exponit: Solopater, quod etiam Iacobus Lestinus probabat.

vere. 1 Est igitur adventus in expectatione: neque tu id ignoras. Sed tamen, cum ille scripsisset, ut opinor, se in Alsiense venturum: scripsierunt ad eum sui, ne id faceret: multos ei molestos fore, & ipsunque multis. Ostis videri commodius eum exire posse. Id ego non intelligebam, quid intercesset. Sed tamen Hirtius mihi dixit, & se ad eum, & Balbum, & Oppium scripsisse, ut ita faceret, homines, ut cognovi, amanteis tui. Hoc ego idcirco nosse te volui, ut scies: hospitium tibi ubi parates, vel potius utrobius. quid enim ille facturus sit, incertum est: & simul ostentavi tibi, me istis esse familiarem, & consilii eorum interesse. Quod ego cur nolim, nihil video. NON ENIM est idem, ferre, si quid ferendum est: & probare, si quid probandum, non est. 3 Et si quid non probem? quid enim jam scio praeferre initia rerum. Nam haec in voluntate fuerunt. Vidi enim (nam tu aberas) nostros amicos cupere bellum: hunc autem non tam cupere, quam non timere. Ergo haec, consilii fuerunt: reliqua necessaria. Vincere autem auctos, aut illos necesse esse. Scio te semper mecum in luctu fuisse, cum videremus, quam illud ingenis malum alterius utrius exercitus & ducum interitum vero extremuni malorum omnium esse civilis bellum: victoriā: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim otiosis minabantur: eratque illi & tua invisa voluntas, & mea oratio. Nunc vero, si essent nostri potiti, valde intemperantes fuissent. Erant enim nobis peritati, quasi quidquam de nostra salute decreverimus: quod non idem illis censuerimus: aut quasi utilius reip. fuerit, eos etiam ad bestiarum auxilium confugere, & quam vel emori, vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere. At in perturbata repub. vivimus. Quis negat? Sed hoc viderint ii, qui nulla sibi subsidia ad omnes vita status paraverunt. Inne enim ut venitem, superior longius, quam volui, fluxit oratio. Cum enim te semper magnum hominem duxi: tam quod his tempesatibus es prope solus in portu: fractusque doctrinæ percipis eos, qui maximi sunt, ut ea consideres, eaque tractes, quorum & usus, & delectatio est omnibus istorum & actis, & voluptatibus anteponenda. Evidem hos tuos Tusculanensis dies instar esse vita puto: libenterque omnibus omniis opes concesserim, ut mihi liceat, vi nulla interpellante, ito modo vivere. Quod nos quoque imitamus, ut possumus, & in nostris studiis libertissime conquisicimus. QVIS ENIM hoc non dederit nobis, ut cum opera nostra patria sive non possit uti sive non, ad eam vitam revertamur, quam multi docti homines, fortasse non refutari tamen multi etiam reip. præponendam putaverunt? Quæ igitur studia magnorum hominum sen-

tentia, vacationem habent, & eadem publici munera, iis concedente rep. cur non abutamur? sed plus facio, quam Caninius mandavit. Is enim si quid ego scire, rogarat, quod tu nescires. ego tibi ea narro, quæ in melius sit, quam ipse, qui narro. Faciam ergo illud quod rogatus sum, ut eorum quæ temporis hujus sint, & quæ tua audiero, ne quid ignores.

4 ARG. Monet ut ab urbe discedat: De reditu Caesaris ab Africano bello scribit.

CICERO VARRONI.

CENABAM apud Sejum, cum utrique nostrum reddi. 7 Ita sunt à te litteræ. Mihi verò jam maturum videtur. Nam quod ante te calumnias sum, indicabo malitiam meam. Volebam propè alicubi esset, si quid bona salutis orū re dū ēgōdū, nunc, quæm conselta sunt omnia, dubitandum non est, 7 quin equis viris. Nam ut audiui de L. Caesare F. mecum ipse, QVID HIC MIHI FACIT PATRI? Itaque non desino apud illos, qui nunc dominantur, censitare. Quid faciam? temporis serviendum est. 8 Sed ridicula missa, præsentim cum sit nihil, quod rideamus. AFRICA TERRIBILIS TREMIT HORRIDA TERRA & TVMVLTV. Itaque nullum est δαρμονια πόστος, quod non vereat. Sed quod queris, quando, quæ, quo, & nihil ad hoc sciimus. Ituc ipsum de Bajis, nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc prædictum suum non inspexit: nec ullum habet determinis, sed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam: vel jam sciimus: adventat enim Dolabella, cum puto magistrum fore. Πόλει μηδινται κρεπτορεις οιδιανογάροι. Sed tamen, si sciām, quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum. Quare exspecto tuas litteras.

5 ARG. Petit promissi sibi à Varrone libros de lingua Latina: ad eundem quatuor Academicorum libros mittit. Cupit presentiam Varronii. Gratulatur de domo empia.

CICERO VARRONI.

ET si munus flagitate, quamvis quis ostenderit, ne & populus quidem solet, nisi concitatus: tamen ego ex expectatione promissi tui moveror, ut admoneam te, non ut flagitem. Mis autem ad te quatuor admontores non nimis verecundi. Nostri enim profecti os ejus adolescentis Academit. Ex ea igitur media excitatos misi: qui meuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. Exspectabam omnino jamdiu, meque suffinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accipiem, ut postea te remunerari quam simillimo munere.

Bbb. 5

Sed

1. Et igitur adventus in expectatione.) Omitunt recte nomen Caesaris Victorius ac Lambinus: & sic in melioribus codicibus in Pall. ramen comparet & fuerat ex margine translatum: ut ex Pall. sexto vel ex eius viderit nam ille; sū igitur adventus Caesaris scriberet in expectatione.

2. Ipsunque multa, & haec videri commodecum exire posse.) Haec est Latinæ texti scriptura, quam ex aliquo suorum Victorius quoque fecerit: et ea quoque est in Hittoriano, pro eo Palatinus primus, Sevchenianus, Peckio excerpta, & prima videri. Vulgatum est; multe ei molester fore, ipsunque multa: in Proptimum videri cum diseo eam exisse posse.

3. Et si quid non probem? quid enim jam scio præter initia rerum.) Ita hic locus concipiatur Palatinus duobus, Gruteriano, editione primæ, & Victorii. Gulielmus ex conjectura volebat, et si ne quid non probem quidam jam scio, quod non opus est exhibita nostra, vulgo; et si, quid non probem quidam, deinceps, & præter initia rerum, paulo post trienni edidit ex duobus Palatinis, Vaticano, Hittoriano, editione Victorii: quam illud invenimus multum alterius urbis exercitus & auctor interius. Paullo item post Palat. sextus & Hittor. scribunt: crudeliter enim crassissimi minabatur.

4. Quæ vel emiri.) Ita edidit Victorius, ita Vaticani excerpta: libri nostri ferè omnes, sicut & præcisa editio, videri, vulgo, grammati-

5. Eadem publici munere, i.e. concedente rep. cur non abutamur.) Ita Varroni editio. Manuscripti tamen quinque tamē, quod non improbo, in præferendum duc, & libentius, quod idem nobis addat prima editio: vulgo etiam.

6. Quæ tua audireti.) Excusum erat, quæ in auctoritate audiere: sed ne nos fecimus, habet Pal. primus, sextus, Grut. Stev. Hittor. Variet. editio principis: quod puto reperiisse quoque Victorium: sed offensum repudiisse: quare audire: superius; subiecta ad unius rite statu pars videri: ubi legitor; malebat Gulielmus, causa & paulio post, allie, interpretatur literaliter secunda: quod Caesar erat futurus in litore.

7. Quia equis viris. Hanc lectionem præ se ferunt septem mss. prima editio, quam notat quoque & suis Lambinus, Victorius ramen & Palat. primus: quin equis viris nescio quo sensu. vulgo; regia veli.

8. Sed ridicula missa, prædicta.) Introit Lambinus: missa faciemus, quod quidem verbum in nulo nostrorum invenimus, elegantiorque est tota orationis ablegeatur: certe non est in Pall. duobus, Grut. Stev. Hittor. editio prima, ut Victorii.

9. Nobil adbas finius.) Pall. sextus & Hittor. solum, unde Guliel. & vulgo vel στερεός. Nec excutere ulterius: nam video nihil esse. Paullo item possum quoque ex conjectura legit: per Siciliam, Utram.

Sed, cū tu tardius faceret, id est, ut ego interpretor, diligenter: teneri non potui, quin conjunctionem illuditorum, amorisque nostrī quo possem, litterarum genere, declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cinnano, cū esset unā Pomponius, tibi dedi parteis Antiochinas: quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumi Philonis. Puto fore, ut, cū legeris, mirerē, nos id locutos esse inter nos, quod nūquam locuti sumus, sed nostri morem dialogorum. Posthac autem, mi Varro, quā plurima, si videtur, & de nobis inter nos: fero fortasse: sed superiorum temporum fortuna reig. causam sustineat. Hęc ipsi præstare debemus. Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis, hęc inter nos studia exercere possemus. Quamquam tum quidem vel alia quæpiam rationes, honestas nobis & curas & actiones darent: nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? Mihi vero cum his ipsi vix: his autem detractis, ne vix quidem. Sed hęc coram, & sequens. Migrationem, & emisionem feliciter evenire volo, tuumque in ea te consilium probbo. Cura ut valeas.

*G. ARG. De se, inter Nicinam & Vidiū judice. De morte Sylla. De bona Pompeianorum hasta subiecta ā Cæsare.*

M. CICERO P. DOLABELLA. S.D.  
N

On sum aulus Salvio nostro nihil ad te litterarum dare, nec in hercule habebam, quid scriberem, nisi te à me mirabiliter amari: de quo etiam nihil scribente, te non dubitare, certō scio. Omnino mihi magis literæ sunt expectandæ a te, quam a me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum, & Vidiū, judicem esse. Profert alter (ut opinor) duobus versiculis expensum Nicie: alter Aristarchus hos ὀδοις. Ego tanquam criticus antiquus, judicatus sum, utrum sint ἔποιτε, an μαρτυρίσθησθαι. Puto nunc dicere: Oblitus es igitur fungorum iliorum, quos apud Niciam? & 4 & ing. ntium culinarum cum Sophia Septimia? Quid ergo? tu adeo mihi excusam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquæ pristina frontis apparet? sed tamen suavissimum obv. i. i. nostrum, præstabò integellum: nec committam, ut, si ego eum condemnaro, tu restitus, ne habeat Bursa Plancus, apud quem litteras dicat. Sed quid ag? cū mihi sit incertum, tranquillone sis animo, an, ut in bello, in alijs mōjuscula curia, negotiōe versere, labor longius. Cum igitur mihi erit exploratur, te libenter esse risurum, scribam ad te plibius. Te tamen hoc scire velo, vehementer populū sollicitum fuisse de P. Sulla morte, antè quād certum scierit. Nunc quæcūd defuerint, quomodo perierit, satis putant, se scire, quod sciunt. Ego ceteroqui animo quo fero, unum vereor, ne hasta Calatis reinxerit.

*G. ARG. De morte filii scribit; cupit presentem Dolabellam, & suos obtrectatores ab eo refutare.*

### CICERO DOLABELLA.

**S**. V. G. V. & Tullia nostra recte V. Terentia minùs, bellè habuit: sed certum scio jam convalluisse eam. Præterea rectissimè sunt apud te omnia. Et si nullo tempore in suspicionem tibi debui venire, partium causa potius, quam tua, tibi suadere, ut te aut cum Cæsare, nobiscumque conjugetes, aut certe in orium referes, præcipue nuncjam, inclinata victoria, ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, & nisi in eam, in qua scilicet tibi suadere videar, quod piē tacere non possum. Tu autem, mi Cicer, sic hęc accipies, ut, sive probabuntur tibi, sive non probabuntur, ab optimo certe animo, ac dedicissimo tibi, & cogitata, & scripta esse judices. Animadvertis, C. Pompejum nec nominis sui, nec rerum gestarum gloria, neque etiam regum, ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum: & hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, ut honestè effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capro exercitu veterano, circumvallato nunc denique: quod neclo; an illi umquam nostro accidere imperator. Quamobrem, quid aut ille sperare possit, aut tu, animum adverte pro tua prudenter. Sic enim facilissime, quod tibi utilissimum erit, consilii capies. 3 Illud autem te peto, ut, si jam ille evitaverit hoc periculum, & se abdidet in classem, tu tuis rebus consulas: & aliquando tibi potius, quam cuivis, sis amicus. Satis factum est jam à te vel officio, vel familiaritati, satis factum etiam partibus, & ei reip, quam tu probabas reliquum est, ubi nunc est reip, ibi simus potius, quam dum illam veterem sequanur, simus in nulla. Quare velim, mi jucundissimi Cicerio, si forte Pompejus pulsus his quoq; locis rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas, vel in quāvis quietam recipias civitatem. Quod si eris factus, velim mihi scribas, ut ego, si ullo modo potero, ad te advalem. Quacumque de tua

V el meo ipsius interitu mallem litteras meas desiderares. quam eo casu, quo sum gravissime afflitus:<sup>11</sup> quem ferre certe moderatus, si te habere. Nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis, multum levaret. Sed quoniam brevi tempore, ut opinio nostra est, te sum visurus, ita me affectum offendes, ut multum à te possum juvari: non quid ita sim fractus, ut aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostra, & suavitas, que te præter ceteros deliciat, s. erupta mihi omnis est. Firmatamen tamē & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognoscet, quam reliquit. Quod scribis, prælia te mea causa sustinere: non tam id labore, ut, si qui mihi obrectent, à te refutent: quām intelligi cupio, quod certe intelligitur, me à te amari, quod ut facias, te etiam, atque etiam rogo. Ignoratque brevitatè litterarum mearum, nam & celestiter una futuros nos arbitror, & nondum satis confirmatus ad scribendum.

*G. ARG.*

1. *Tibi doli partes Antiochinas.] Ita Pa. primus: ut ex suis quoque editiis Victorius: habentque Vaticani excerptus & editio prima, Pal. sextus Antiochinas, vulgo Antiochianas, paulo post ex Pall. duobus, Vatic. Scov. Hinc editionem primaria a Victoria, scripti Peckii haec autem, mi Vario, quā plurima sive videtur, & dūbiū inter nos: sive fortasse.*

2. *Nisi in eam, in qua scilicet tibi suaderet videar.] Ita Pal. sextus ac Victoria editio prima vero & Palatinus primus Peckio excerpta; in qua scilicet te tibi suadere, vulgo: scilicet suade te tibi suadere videar. Statim linea altera inferiori legi ex conjectura Gulielmi: nec nominis vi, ut in Philonen.*

3. *Illud autem te peto.] Pofilla quides emendatio, sed ne quis inficiatiam miretur locationis, monendum duxi, ita existat in Pall. duo-*

buss Vaticano, Stev. Peck, editione prima atque Victorii. excusum est: illud autem à te peto.

4. *Ingenitum Culinarum cum Sophia Septimia.] Nihil à vulgata demutare volumus præterim nihil adjuvantibus libris. Pal. pr. ingenitum culinarum cum Sophia septima. Sextus vero: & ingenitum Culinarum cum Sophia septima. Variè autem exearificatos locutus: alii integris scalarum, alii ingenitum galorum: vel ingenitum culinarum: partim ingenitum fructuum. Lamb. probavit: ingenitum gallinarum.*

5. *Erupta mihi omnis ista.] Eleganter sic Pall. duo, Vatic. Peck, Victoria editio acque omnium prima, blitea est vulgata lectio; integris scalarum omnibus ista pascit, linea post Pa. primus, & qui me obrectent, scribit.*

*¶ A R G. Dolabella Baiu valitudini restituto gratulatur. Orationem pro Dejstaro mittit.*

CICERO DOLABELLAÆ.

**G**RATULATOR Bajis nostris: siquidem, ut scribis,  
galubres repente factæ sunt: nisi forte te amant, &  
tibi assentantur: & tamdiu, dum tu ades, sunt oblitæ sui.  
Quod quidem si ita est, minimè miror, cœlum etiam, &  
terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. Oratiu-  
nem pro Dejotaro, quam requirebas, habebam mecum,  
quod non putaram. Itaque eam tibi misi, quam velim sic  
legas, ut causam tenuem, & inopem, nec scriptione magno  
opere dignam. Sed ego hospiti veteri, & amico, i munu-  
sculum mittere volui levidente, crassò filo, cuiusmodi  
aplusi solent esse munera. Tu velim animo lapienti, forti-  
que sis: ut tua moderatio, & gravitas, aliorum infamet  
injuriam.

*¶ A.R.G. Regat Dolabillam, ut Suberino & Plano redditum in patriam à Cesare imparet: evque excusat.*

CICERO POLABELLA, S.

**C** AIVS Subernius Calenus, & meus est familiaris, & Leptis nostri familiarissimi pernecessarius, is cum vi-  
tandi belli causa proiectus esset in Hispaniam cum M. Var-  
zone ante bellum, ut in ea provincia esset, in qua nemo  
nostrum, post Afranum superatum, bellum ultum fore  
putaret: incidentia in ea ipsa mala, quæ summo studio vitare-  
sat. Oppressus est enim bello repentina: quod bellum  
commotum à Scapula, ita postea confirmatum est à Pom-  
peo, ut nulla ratione se illa miseria eripere posset.  
Eadem causa ferè est M. Planii hereditas, qui eī item Cale-  
nus, Leptis nostri familiarissimus. Hosce igitur ambo tibi  
sic commendo, ut majore cura, studio, lollicitudine ani-  
mi commendate non possim. Volo iporum causa, in que  
eo vehementer & amicitia moveret, & humanitas. Lepta  
verò cum ita labore, ut ejus fortuna videantur in d. ser-  
men venire: non possum ego non aut proximè, atque ille,  
aut etiam æque laborare. Quapropter, et si se pe expertus  
sum quantum me amares: tamen sic velim tibi persuades,  
id me in hac re maximè judicaturum. Peto igitur a te,  
vel, si patieris, oto, ut homines mileros, & fortunam, quam  
vitate nemo potest, magis, quam culpa, calamitosus, con-  
serves incolumentis: velisque per te, me hoc muneris cum  
ipsis amici hominibus, tum municipio Caleno, quo cum  
michi magna necessitudo est, tum Leptis, quem omnibus  
antepono, dare. Quod dicturus sum, puto equidem non  
valde ad rem pertinere, sed tamen nihil ob ei dicere, res  
familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix eque-  
stris. Quapropter quum his Cæsar vitam sua liberalitate  
concessit, nec est, quod illis præterea magnopere possit ad  
imi: reditum, si me tantum amas, quantum certè amas, ho-  
minibus confice. In quo nihil est, præter viam longam:  
quam idcirco non fugiant, ut & vivant cum suis, & mori-  
antur domi. Quod ut emitare, contendasque, vel portas ut  
perficias, (posse enim esse, mihi persuasi) vehementer te  
stiam, atque etiam rogo.

**A R G.** Gratulatur Dolabilla ob columnam & aram Cesari mortui tanquam deo erectam, eversam: & homines perfumie in partiam animariorum suppetio affectis.

CICERO DOLABELLA CONSU.

L. L. S.

Tus contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satiscit.  
Ex ea magnam latitiam, voluptatemque capiebam:  
tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo  
gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me adserat  
tuis laudibus. Neminum conveni (convenio autem  
quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi viri, et qui  
valitudinis causa in hac loca veniant: præterea ex municipiis  
frequentes necessarii mei) qui omnes, cum te summis  
laudibus ad calum extulerint, mihi continuo maximas  
gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis pre-  
ceptis, & consiliis obtemperans, præstantissimum te civem,  
& singularem consulem praebas. Quibus ego, quamquam  
verisimile possum respondere, te quæ facias, tuo iudicio,  
sua sponte facere, nec cuiquam agere consilio: tamen  
neque plane assentior, ne immutauam tuom laudem, si  
omnis a meis consiliis profecta videatur: neque valde nego.  
Sum enim avidior etiam, quam satis est, gloria. Et  
tamen non alienum dignitati tuæ, quod ipsi Agamemnoni,  
regum regi, fui honestum, habere aliquem in consiliis  
capiundi. Nestorem: mihi verò gloriolum, te juvenem  
consulem florere laudibus, quasi alumnū disciplinæ  
meæ. L. quidem Cæsar, cum ad eum agrotum Neapolim  
venisset, quamquam erat oppresus totius corporis doloro-  
bus, tamen ante, quam me plane salutavit. O mi Cicero,  
inquit, gratulos tibi, cum tantum vales apud Dolabellam,  
quantum si ego apud fororis filium valerem, tam salvi esse  
possemus. Dolabella verò tuo & gratulor, & gratias agos  
quem quidem post te consulem, solum possumus verè  
consulem dicere. Deinde sculta de facto, ac de re gestar-  
um nihil magnificenter, nihil præciarius: etum un-  
quam, nihil reip. salutarius. Atque hac una vox omnium  
est. A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hereditati-  
tem aliena gloria finas cerneret: meque aliquia ex parte, in  
societatem tuarum laudum venire patiere. quamquam mihi  
Dolabella, hac enim jocatus sum libenter omnes meas,  
si modò sunt aliquia mea laudes, ad te transueriri,  
quam aliquam partem exhausterim ex tuis. Nam cum te  
semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti-  
tum his tuis factis sic incensus sum: ut nihil unquam in  
amore fuerit ardenter. NIHIL EST enim (mihi crede)  
virtute formosus: nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper  
amavi (ut scis) M. Brutum, propter ejus summum inge-  
nium, suavissimos mores, singularem probitatem, atque  
constantiam. tamen idib. Martis tantum accessit ad amorem,  
ut mirarer, locum fuisse augendi in eo, quod mihi  
jampridem cumulatum etiam videbatur. Quis era: qui putaret,  
ad eum amorem, quem erga te habebam posse aliquid  
accedere? tahtum accessit, ut nishi nonc denique amare  
videar, anteà dilexisse. Quare quid est, quod ego te houer-  
ti dignitati, & gloria servias? proponam tibi claros viros.

2. Manuscr. misteri velut levioris est. p. 3] Verbum velut abest à  
Palatio primo. pro leviori diuersitate illi iuri debet, sicut sextus, lege  
dorsi sed ut exadiuimus, ex hac prima editio ad parte Victoriae Mar-  
tinus Lambinus. Pantagruel verbi: fides, infelix veteri ex amicis  
miserere! misteri lexi deinceps pro filo, capitulo. & quod cur tanto opere  
solet calligrafice retinere exco tax. Levius vero: impulsaq[ue] anchora  
ad Pol. Vetus: et amicis misteri miret velut lege cruce filio.

*3. Quod adiutorium causa in hac lege remansit. Etsi non damnum vul-  
garum lectionem; tamen haec vice, uta ibi semper, adhuc recensendum Viet-  
dusi ac Palli docebas, alii etiam remanserunt, ut editio princeps.*

3. *Essentia etis aliorum dignitatis sua.] Peccato quidem excepta, &*

prima edit. *Alienam dignitati tuae*, quod mihi magis quamvis probatur, tamen ob raritatem testum non auctor sum inducere fundo ac rei *Tulianae*. Sc. Artico I. Ep. 1. *non aliena aetatis nostra fidei causa sed propterea pressus*. sed. et edit. aveniens in Pall. doctos, Vnde duobus *Guilielmis*, editione *Victori*. Ponit certe quadrata lectio prae mihi indicata vulgariter est, et *Alienam dignitati tuae*.

4. Ut nihil inquit in amore fuit advenimus. I Pal. primus: in amore  
mihi fuit ad. Pecc. verò ad Scv. In amore mihi fuit, scd. quemadmodum  
exclusum est in editionem antiquissimam. Palati nus vero sexus,  
et unus ex Gulielmo consultis ad amorem farris referende illo; in amore  
ne farris aequaliter.

quod facere solent, qui hortantur? neminem habeo clarozem, quām te ipsum, te imitare oportet: tecum ipse certes, ne licet quidem tibi jam tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis, non modo non invidiosa, sed etiam popularis eset, & cum bonis omnibus, tum insimo cīque gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tua: sed contigit magnitudine cū animi, tum etiam ingenii atque confitit. Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius, ita pedenter, & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animadvertisi omnium concessu daret. Libertasti igitur & urbem periculo, & civitatem metu: neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti, intelligere debes, in te possum esse temp, tibi que non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos, a quibus initium libertatis prefectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, ut ipso. Tu quum rem nosque conservas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias.

*T. ARG. Duabus epistolis Patti respondet.*

CICERO PÆTO, S.

**D**UABVS tuis epistolis respondebo: uni, quam tri duo autem accepeream à Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis litteris intellexi pergratam tibi \* perspetuum esse gaudeo. Sed, mihi credo, non perinde, ut est recipi, ex litteris perspicere potuisti. Nam cū à fatis multis (non enim possum aliter dicere) & coli me videam, & diligi, nemo est illorum omnium mihi te jucundior. Nam quid me amas; quid id & jampridem, & constanter facies; est id quidem magnum, atque haud scio an maximum: sed tibi commune cum multis, quid tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere jucundus, id est proprium tuum. Accedunt non Attici, sed falsiores, quam illi Atticorum Romani veteres, atque urban sales. Ego autem (exitimes licet, quod lubet) mirificè capio facetus, maxime nostrisibus, præsertim cū eas videam primum oblitas Latio, tum, cū in urbem nostram est intulā peregrinatas, & nunc vero etiam Braccatis, & Transalpini nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appateat. Itaque, te cū video, & omnēs mihi Granios, omnes Lucilios, (verē ut dicam) Crassos quoque, & Lælios videre video. Moriar, si, praeter te, quemquam reliquum habeō, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculae festivitatis agnoscere. Ad hos lepores cū amor erga me tantus accedit, miraris, me tanta perturbatione valitudinis tuā tam graviter exanimatum inisse? Quid autem altera epistola purgas te, non dis-

suaforem mihi emotionis Neapolitanæ fuisse, sed & auctorem moderationis urbanæ: neque ego altera accepi. intelli-lexi tamen idem, quod his intelligo litteris, non existi- masse te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnam partem relinqueret. Catulam mihi narras, & illa tempora. Quid simile? ne mi quidem ipsi tunc placebat diutius abesse ab reip. custodia, sedebamus enim in puppi & clavum tenebamus. nunc au- tem vix est in sentina locus. An minus multa senatuscon- fulta futura putas, si ego sum Neapol? Rom? cum sūt, & urgeo forum, senatusconsulta scribunt apud amatorem tuum, familiarem meum. Et quidem cum in mente venit, ponor ad scribendum: & anīc audio senatusconsultum in Armeniam, & Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quām omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque hoc nolim me jocari putes. Nam mihi scito jam à regibus ultimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agant, quid se mea sententia re- ges appellaverim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Quid ergo est? tamen quam diu hic erit noster hic præfectus moribus, patre auctorati tua, cū verò aberit, ad fungos me tuos conferat. Domum si habebo & in denos dies, singulos sumptuaria legis dies conferam. Sin autem minus invenero, quod pla- ceat: decrēvi habitare apud te. Scio enim me nihil tibi gratius facere posse. Domum Sullanam desperabam jam, ut tibi proxime scripsi: sed tamen non abjeci. Tu ve- lim, ut scribis, cum fabris eam perspicias. Si enim ni- hil est in parietibus, aut in tecto, vitii, cetera mihi pro- babantur.

*T. ARG. Se Cesarianorum benevolentiam conciliare. Tocis Patti respondet.*

CICERO PAPIRIO PÆTO, S.

**D**ELECTAR VNT me tua litteræ: in quibus pri-  
mum amavi amorem tuum, qui te ad scribendum in-  
citavit, verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi solli-  
citudinis attulisset: de quo & tu mihi antea scriperas, bis  
quidem eodem exemplo: facile ut intelligererem, te esse  
commotum: & ego tibi accuratè rescriperam, ut quoquo  
modo in tali re, atque tempore aut liberarem te ista cura,  
aut certe levarem. Sed quām proximis quoque litteris  
ostendis, quantā tibi cura sit ea res: sic, mihi habeo:  
quidquid arte fieri poterit (non enim iam satis est consilio  
pugnare: artificium quoddam excoxitandum est) sed ta-  
men quidquid elaborari, aut effici potuerit, ad illorum be-  
nivolentiam conciliandum, & colligendum, summo stu-  
dio me consecutum esse: nec frustra, ut arbitror sic enim  
color, sic observabo omnibus his, qui à Cesare diliguntur,  
ut ab his me amari purem. NAM BESI NON FACILE DI-  
VIDICATVR AMOR VERVS, & factus, nisi aliquod inci-  
dat

1. Pergratūm illi \* perspetuum esse gaudeo.) Locum hiantem ac lacerum ex Pal. primo ac Victorio malū retinere, quām alliorum ingenio sup- plecum. Lambinus strenuus se hic dedit legendō: pergratam tibi cū sententiam meam & curam valitudinē tua, animisque erga cūmēum: quām tibi p̄p̄. Pal. tamen sextus & prīca editio: pergratam tibi curam meā valitudinē.

2. Ut illi se ipse ex litteris perspicere potuisti.) Hac lectio corrupta in Palatino primo & editionum primaria nāam dedit; ut illi se dicens littere. Pal. sextus; ut r̄is ipsa ex litteris. Vulgatum vero est; ut illi re- ipsas absens ex litteris perspicere potuisti. sed ut eisdimus, correxit ex Mo- dicto Victoriis.

3. Nonne vero etiam Bracatu & Transalpinis nationibus.) Hac scriptura invenitur in Pall. Gulielmianis, editione prima ac Victorio: alii Bracatu. Peck o vero excerpta voluminum vero placi triam Bracatu: unde Gulielmios non incepti illic necessum foret aliquid internectere, nūne vero facit etiam Peck.

4. Omnes mihi Granios, omnes Lucilios (verē ut dicam) Crassos quoque, &c.

Concinna sic magis ex Palatino primo, Victoriō ac tribus Gulielmianis legiūt. prima editio & Peckio excerpta; omnes mihi gratias. Vulgo- rum est in excusis: omnes mihi Granios, omnes Lucilios. (C. ut r̄is di- cam) Crassos quoque & Lælios videt.

5. Autorem moderationis urbanæ.) Securus hic quidem sum lectionem, quam ipse non, ut volo, intelligo præbitam mihi & valide quasi inge- stam à Palat. quatuor Gulielmianis receptam; quoque editioni prima- riæ, Victorio, Mauro, quid si tamen pro demissione, in omnibus li- bris ex compendio scriptura propagatum est moderationis? Editum est, conseruavimus.

6. In denos dies, singulus sumptuaria legis dicitur conferam. fini autem.) Miror cur correctores offendit iteratum T̄ dicit, sed hic mos est impotentis imperitiæ incidere statim, quod illorum captus ferre non posset. Sic est in Palat. sexto (nam primum totum hunc complexum omittit) duobus Gulielmianis, Vaticano, editione pitica & Victoriana; vulgo: singulus sumptuaria legis conferam, fini m̄sus.

dat ejusmodi tempus, ut, quasi autum igni, sic benivolentia fidelis pericolo aliquo percipi possit: cetera sunt signa communia; sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo, vereq; arbitreri dilig., quia & nostra fortuna est, & illorum, ut simulandi causa non sit. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam: nisi quod omnia sunt incerta, cum à jure discessum est: nec praetari quidquam potest, quale futurum sit, quod possum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen ejus ipsius nulla re à me offensus est animus. Est enim adhibita in ea re ipsa summa à nobis moderatio. Ut enim olim arbitrabar esse meum liberè loqui, cuius opera esset in civitate libertas. sic, ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acutè, & aut facete dictorum famam, fama ingenii mihi est abi- cienda: quod si id possem, non recusat. Sed tamen ipse Cæsar haberet peracte judicium: &c, ut Servius, frater tuus, quem litteratissimum fuisse judicio, facile diceret, hic verus Plauti non est. hic est, quod tritis aureis habetur notandis generibus poëtarum, & confutandis legendi: sic audio Cælarem, cum a volumina jam fecerit δοκτ̄ορ̄ μάρτιον, si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, resarcere soleat: quod è nunc magis facit, quia vivunt mecum ferè quotidie illius familiares. Incident autem in sermone vario multa, quæ fortasse illis cum dixi, nec illitterata, nec insulsa esse videantur. Hoc ad illum cum reliquis actis perferuntur, ita enim ipse mandavit. Sic fit, ut, si quid præterea de me audiat, non audiendum putet. Quamobrem Oenomaus tuo nihil utor; et si posuisti loco versus Accianos. Sed quæ est invidia? aut quid mihi nunc inviderti potest? Verum fac esse omnia. Sic video philosophis placuisse iis, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, NIHIL ESSE SAPIENTIS FRAESTARE, nisi cul- pam: qua mihi video dupliciter carere: & quòd a lente- rim, quæ rectissima fuerunt: & quia, cum videtur presidii non fatis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni civis, certè non sum reprehendendus. Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam contra potentes. Id quoque puto esse sapientis, cetera vero, quid quisque me dixisse dicat: aut quomodo ille accipiat: aut qua fide me cum vivant ii, qui me a suis colunt, & obseruant, praefare non possum. Ita fit, ut & consiliorum superiorum conscientia, & presentis temporis moderatione me consolet: & illam Accii similitudinem non modò jam ad invidiam: sed ad fortunam transferam: QVAM EXISTIMO LEVEM, & imbecillam, animo firme, & gravi, tanquam fluctum à falso, frangere oportere. Etenim cum plena sine monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis, vel Syracusis: cùm, servientibus suis civitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neque ostendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam? Nunc venio ad jocationes tuas, quam tu secundum Oenomaum Accii, non, ut olim solebat, Atellanum: sed, ut nunc fit, mi-

mum introduxi. Quem tu mihi Popilium, quem Denarium narras? quam Tyrotarichi patinam? facilitate mea ista cerebantur antea: nunc mutata res est Hirtium ego, & Dolabellam dicendi discigalos habeo, cenandi magistros. Puto enim te audisse, (ū forte ad vos omnis perferuntur,) illos apud me declamat, me apud eos cencire. Tu autem, quid mihi bonam copiam ejutes, nihil est, tum enim, & cum rem habebas, quæculis te faciebam attentiore, nunc, cum tam æquo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut, cum me holpitio recipias, estimationem te aliquam putes accipere etiam hæc levior est plaga ab amico, quam à debitore. Nec tamen eas cenas quæro, ut magna reliquie fiant: quod erit, magnificum sit, & laatum. Memini te mihi Phamez cenam narrare, temperius fiat: cetera eodem modo. Quod si perseveras me ad matris tuæ cenam revocare, feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat, ista, quæ scribis, apponere, aut etiam polyptum Miniani Jovis limilem. Mihi credere non audebis. Ante meum adventum fama ad te de mea nova lautitia venierat: eximiesces. Neque est, quod in promulside spei ponas aliquid: quam totam fustuli. Solebam enim antea debilitari oleis, & lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? licet modo isto venire. Tu vero volo enim abstergere animi tui metum ad Tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum sumptum afferam, quod balneum calfacias oportebit: cetera more nostro; superiora illa lusimus. De villa Seliciana & curasti diligenter, & scripsisti facetissime. Itaque puto me prætermisurum. Iatis enim fatis est, sanguinum parum. Vale.

*G A R G. Non esse metuendo rumor de divisionibus agrorum.*

### CICERO L. PAPIRIO PÆTOS.

NON tu homo ridiculus es, qui, cum Balbus noster<sup>17</sup> apud te fuerit, ex me quæras, quid de ipsis municipiis, & agris futurum putem<sup>1</sup>? quasi aut ego quidquam sciām, quod iste nesciat: aut, si quid aliquando scio, non ex isto soleam scire. Immo vero, si me amas, tu fac, ut sciām, quid de nobis futurum sit. Habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posles. Sed ego ista, mi Pæte, non quæro: primum quia de lucro prope jam quadriennium vivimus: si aut hoc lucrum est, aut hæc vita, superflitem recip. vivere: deinde, quod scire quoque mihi video, quid futurum sit. nec enim quodcumque volent, qui valebunt: valebunt autem semper arma. Satis igitur nobis esse debet, quidquid conceditur, hoc si qui pati non potuit, mori debuit. Vejentem quidem agrum, & Capenatem metiuntur, hoc non longè abest à Tusculano. Nihil tamen timeo: fruor, dum licet opto, ut semper licet. Si id minus contigerit: ramen, quum ego vir fortis, idem quod philosophus, vivere pulcherrimum duxi, non possum eum non diligere, cuius beneficio id consecutus sum, qui si cupiat esse temp. qualem fortasse & ille vult, & omnes optare debemus: quid faciat tamen, non habet: ita se cum multis colligavit. Sed longius progeditor. Scribo enim ad te. Hoc tamen scito, non modò me, qui consilii non intersum, sed ne ipsum quidem prin-

cipem

men sicut Peckio excerpta defensio) ac Victorii.

3. Cum r̄m habebas, quæsivis te faciebas, attinueris. Lambin. ut vi- deretur inventor hujus rei esse, mutata nonnulla facie produxit: eam r̄m augbas: sed ille homo totus, quantum quantus est, vanitas, nullo auctore fecit. Vulgarum est ante quæstionem, sed ut verum erat, emendavit accuratissimus Vidianus, ex arce hæc lectio in excerptis Vaticanis.

4. Solebam enim antea debilitari oleis & Incubucis suis. Ita in omnibus nostris libris, nisi quod in Pal. sexto debilitari in textu; ad marginem ramen apponita nostra: quod cur cum Lambino non recipiamus non video, præsertim Victorio præunte, aliis delimitari. vulgo, debilita- vide Turneb. lib. VI. cap. I.

I. Quæd

1. Aut facere dictorum famam, fama ingenii mihi est abscondenda.] Ita edidit Victorius, cui licet repugnat Manutius, monet tamen lectorem, ne attendat: nam ille bonus vir non facit ingenii ad emendandum Tullii attulit, neque, libere loquor, facit judicium. soleoque. P. <sup>2</sup> ~~2~~ dictori operam multis parafrangit, præferre. erat hanc quoque lectio nem ex v. c. vir doctus, qui addit sic v. c. recte, invito, quamvis Manutio. sic se, ut maxime velit, famam illam acutè dictorum effigere non posse, cum subito animadvertis. Cæsar quid vero à Cicero prolectum sit. Palat. textus, facere dictorum opinionem, vulgo facile dictum effigere.

2. Uolumina confiterit δοκτ̄ορ̄ μάρτιον, si quod afferatur ad eum.] Intrudunt, vel præ se, quid est, nequiter & ex purpura gloria, quæ ejicio <sup>3</sup> ~~2~~ <sup>4</sup> ḡdōs in Pall. Vatic. duobus Gulielmianis, editione prima (quæta-

cipem scire, quid futurum sit. Nos enim illi servimus, ipse temporibus, ita nec ille, quid tempora postulatura sint: nec nos, quid ille cogiter, scire possumus. Hæc tibi anteā non rescripsi, non quod cœsator esse sacerdem, præferim in litteris: sed cūm explorati nihil haberem, nec tibi sollicititudinem ex dubitatione mea, nec spem ex afflitione afferre volui. Illud tamen adscribam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc de isto periculo nihil audire. Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quæcumque erunt.

¶ ARG. De ludo eloquentia in Tusculano haberi capto. De canorum lauita.

CICERO S. D. L. PAPIRIO PÆTO.

**C**UM esset otiosus in Tusculano, propterea i quod discipulos obviam miserat, ut iidem ne quā maximē conciliarent familiari suo: accēpi tuas litteras, plenissimas suavitatis: ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod, ut Dionysius tyrannus, cum Syracusis expulsa esset, Corinthi dicitur Iudum aperitus: sic ego, sublati judicis, amissi regno forensi, Iudum quasi habere ceperim. Quid queris? me quoque delectat consilium, multa enim consequor: primum id, quod maximē nunc opus est, munio me ad hæc tempora. Id cujusmodi sit, nescio; tantum video, nullus sibuc consilia me huic anteponere nisi fortè mori melius fuit in leculo. fateor: sed non accidit, in acie non fui. Ciceri quidem Pompejus, Lentulus tuus, Scipio, Afranius, fœde perierunt. At Cato piaclare. Jam istuc quidem, cum volemus, licet. demus modo operam, ne tam necessitate nobis sit, quam illi fuit: id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud, Ipse meliorio: Primum valitudine, quam intermissis exercitationibus, amiseram: deinde ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulisset, exaruisset. Extremum illud est, quod tu nescio an primum putas, placis jam pavones confeci, quam tu pullos columbinos. Tu istuc te Atheriano jure delectato: ego me hic Hirundo. Veni igitur, si vires, & disce jam *περὶ τοῦ πόδιου*, quas queris: eti sūs Minervam. Sed quando, ut video astimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implete, Romam tibi remigrandum est. Satius est hic cruditate, quam istuc fame. Video te bona perdidisse: spero idem istuc familiare tuos. Auctum igitur de te est, nisi prouidis. Potes multo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quoniam cantharium comedisti, Romam perechi. Sella ribi erit in Ludo, tamquam hypodiasculo proxima, eam pulvinus sequetur.

¶ ARG. De Ballo excepto à Pæto: à se vero excipiendo.

CICERO S. D. L. PAPIRIO PÆTO.

**T**AMEN 3 à malitia noui discedis, tenuicudo apparatu significas Balbum fuisse contentum, hoc videtis dicere, cum reges tam sint contigentes, multo magis consularis esse oportere, nescis me ab illo omnia expeditum, rectâ enim a porta domum meam venisse, neque hoc admiror, quod non ad tuam potius: sed illud, quod non ad suam. Ego autem primis tribus verbis, Quid nosci! Poetus? at ille adjurans, Nusquam se umquam libertius. Hoc si

1. Quod discipulus obviam miseram.) Et hic exclusimus ex Pall. duobus, Peck, editione primâ ac Victoris, vocem *Cæsar*, sicut enim illud nomine subiecti Tullio nostro, ut superius notarimus binis in locis. Paullo post ex Palat. sexto, Variano, editione Victorini scripti, *ex Syria* pulsus effor, melius, quam vulgo expulsi effor. Paullo item post, Gulielmus distinguobat: uti foremori melius fuit, in latus? *fauces*? sed non accidit, in acie non fui. Aliquot lineis post Peckio excerpta habent: & *sive Minervam* putat Gulielmus *fusca*, ut vultu ipse Cicerio etiam de Oratore II.

2. *Περὶ τοῦ πόδιου.*) Quæ prefari solemus, antequam disputacionem aliquam explicandam suscipimus.

3. Tenui à malitia non discedis.) Duo Pall. totidemque Gulielmiani omittuntur, & sicut & prima editio. Gulielmus legendum judicat, tammodi non discedere illudque Virgilii haec trahit,

veribus affectus es, aureis ad te afferam non minus elegans, sin autem obsonio: peto à te, ne plus esse balbos, quam disertos putas. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed, si me expediero, ut in ista loca venire possim, non committam, ut te sero à me certiore faciam factum putas.

¶ ARG. Jocatur & Epicureum se sadum ait. Vita rationem refert.

CICERO PÆTO.

**D**UPLICITER delectatus sum tuis litteris, & quod ipse risi, & quod te intellexi jam posse ridere. Me autem à te, ut scurrum velitem, malis onerantibus esse, non molestè tuli. Illud doleo, in ista loca venire me, ut constitueram, non potuisse, habuisses enim non hospitium, sed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es solitus promulside confidere. Integræ famam ad ovum astro. Itaque usque ad assūm vitulinum opera perducitur. Illa mea, quo soebas antea laudare, o hominē facilem! o hospitem non gravem! abierunt. Nam omnem nostram de repuram, cogitationem de dicenda in senatu sententia, conmentationem castrorum, abjecimus. In Epicuri nos adversarii nostri castra conjectimus: nec tamen ad hanc insolentiam: sed ad illam tuam lauitiam, veterem dico, cum in sumbus habebas. eti numquam plura prædia habuisti. Proinde te para, cum homine & edaci tibi res est, & qui jam aliquid intelligat, & *περὶ τοῦ πόδιου* autem homines, *scis* quam insolentes sunt, deditcendi tibi sunt sportella, & artolagni tui. & Nos jam ex artis tantum habemus, ut Verrium tuum, & Camillum, qua munditia homines? qua elegancia? vocare sapius audeamus. Sed vide audaciam, etiam Hirundo cenedi sine pavone, tamen in ea cena coccus meus prater jus servens nihil potuit imitari. Hæc igitur est nunc vita nostra. Mane sane salutamus domi & bonos viros multos, sed triplites: & hos latios victores: qui me quidem proficiosè, & peramante observant. Ubi salutatio deflexit, litteris me involvo, aut libico, aut lego. Veniunt etiam qui me audiunt, quam doctum hominem, quia paulo sum, quam ipsi, doctior. Inde corpori ornem tempus datur. Patriam eluxi iam & gravius & diuinus, quam illa mater unicum filium. Sed cura, si me amas, ut valeas: ne ego, te jacente, & bona tua comedim. Status enim tibi ne agro quidem parcere.

¶ ARG. Se à Papiro eloquentia vel superari: Papiro quidam fusca etiam patriss.

CICERO PÆTO, S.

**A**IN'tandem? insinuat tibi videris, quod imitare ver 21 aborum meorum, ut scribis, fulmina? tum infantes, si consequi non posles, cum vero etiam vincas, ne prius irridies, quam te, oportet. Quare nihil ibi opus est illud à Trabeca, sed potius *τὸν πόδην* meum. Verum tamen quid tibi ego in epistolis video? nonne plebejo sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo. Quid enim simile haber epistola aut judicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non iolemus omnia tractare uno modo. Privatas causas, & eas tenuicis, agimus subtilius: capit, aut somnus, scilicet ornatius, epistolas vero, quotidianis verbis texere solemus. Sed tamen, mi Pæto, qui tibi venit in mente, negare,

Cede Dic, dixique & prælia recte dirigit, quia conjectura nihil esse potest inanius.

4. O *περὶ τοῦ πόδιου.*) Sero discentes.

5. Nisi jam ex artis tantum habemam.) Ne errer quis, aniquam scriptoram & in omnibus missi notablem præstabilitatem aliorum congettationibus, neque ignoramus Victorium legere & emendasse, ut sem & ex artis tantum habemam. ac Tornebom lib. vi. cap. i. Advers. ex arti, quod lequitor est Scaliger ad Catullum. Quidam tamen aut sunt rethorices ex arti citi, contra veterum librorum auctoritatem, nonnulli, ex arti, vulgo ex arti, quod coeteri Doufa Prædicantes ad Catullum; adducto loco Epistole ad Gallum lib. vii.

6. Bina mea comedim.) Ita Victorius ex Nonio & Medicino, quem remulatus est Lambinus cum Manutio. vulgo, *Comedio*.

7. A *περὶ τοῦ πόδιου.*) Aberratio, sive frustatio, infelix successus.

L. Marini

negare. Papium quemquam umquam, nisi plebejum fuisse? fuerunt enim patricii minorum gentium, quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cum anteā censor cum eodem fuisse; anni post Romanam conditam cccxi. Sed tum Papissi dicebantur. Post hunc, xiii. fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum filius est vocari desuus. Is dictator cum L. Papirio Curso, magistro equitum, factus est, anni post Romanam conditam cccccv. & quadriennio post consul cum C. Duillo. Hunc securus est Curso, homo valde honoratus: deinde L. Maflio, adiutius: inde multi Massones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagines habeas, volo. Deinde Carbones, & Turdi insequeuntur. Hi plebeji fuerunt: quos contemnas, censio. Nam prater hunc C. Carbonem, quem Damasippus occidit, civis & rep. Carbonum nemo fuit. Cognovimus. Ca. Carbonem, & ejus fratrem Icarum quid his improbus? de hoc amico meo, Rubrix filio, nihil dico. Tres illi fratres fuerunt, C. Cn. M. Carbones. & Marcus P. Flacco accusante, condemnatus, fur magnus ex Sicilia: Caius, accusante L. Crassum, cauthanasias sumisse dicitur. & tribunus pleb. seditionis, & P. Africano vim atulit, excommunicatus est. Hoc vero, qui Lilybei a Pompejo nostro est interfectus, improbior nemo, meo iudicio, fuit. Jam pater ejus accusatus a M. Antonio, iutorio atramento abolitus putatur. Quare ad patres censcio revertare, plebeji quam fuerint in portuni, vides.

*G. ARG. De loquendi dientia & obscenitate.*

CICERO P. A. T.

**A**MO et verecundiam, vel potius libertatem loquendi: atqui hoc Zenoni placuit, homini mehercule acutum: etiā Academiz nostra cum eo magna rixa est. Sed, utdico, placet Stoicis, suo quamque rem nomine appellare. Sic enim differunt: Nihil esse obscenum, nihil turpe dictu. Nam, si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse tertium. In re non est. Itaque non modo in comedisi re: ipsa narratur: ut ille in Demiурgo modo (forte nostri canticum: meministi Rosciū) ira me definit nudum. Totus est sermo verbis testus, reimpudentior: sed etiam in tragediis, quid est enim illud? Quā mulier una? quid, inquam, est? Usurpata duplex cubile? Quid? hujus Pherei hic cubile inire est ausus. Quid est. Virginem me quandam invitam per vim violat? Jupiter bone, violat? atquidem significat: sed alterum nemo suscepit. Vides igitur, cum eadem res sit, quia verba non sunt, nihil videbitur turpe. Ergo in re non est: multo minus in verbis. Si enim quod verbo significetur, id turpe non est, verbum, quod significat, turpe esse non potest. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? Si tupe est, ne alle no quidem: si non est, suo potius. Caudam antiqui penem vocabant: ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie penis est in obcl. enī. At vero Piso ille frugis in Annibus suis queritur, adolescentis peni deditos sibi. Quod tu in epistola appetitas suo nomine ille teuctus penem. Sed quia multi, factum est tam obscenum, quam id: verbum, quo tu usus. Quid? quod vulgo dicitur. Cum noste voluimus convenire, num obscenum est? Memini, in se natu diuerent consularum ita eloqui. Haec cōplam ma jorem, an illam dicam? potius obscenius? non, inquit, non enim ita sensit. Non ergo in verbo est, docui autem

in re non est, nusquam igitur est. Libetis dare operam, quām honestē dicunt? etiam patres rogant filios, ejus opera nō nō audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Is Communis vocatus est, num id obsceneum possit? Circa loquimur terti, nihil flagitiū dicimus, at cum bini, obsceneum est. Gracis quidem, inquit, nihil est ergo in verbo, quām & ego Gracē scio; & tamen tibi dico bini: idque tu facis, quasi ego Gracē, non Latine dixerim. Ruta, & menta, & recte utrumque. Volo mentem patiālā ita appellare, ut rutulam: non licet. Bella tectoriola: dic ergo etiam pavimenta isto modo, non potes. Vides igitur nihil esse, nisi ineptias: turpitudinem nec in verbo esse, nec in re: itaque nulquam esse. Igitur in verbis honestis obscene ponimus. 2. Quid enim non honestum verbum est divisor? At inest obsceneum, cui responderi intercedo. num haec ergo obscene sunt? Nos admetu ridiculi. Si dicimus, ille patrem strangulavit, honestum non praefamur, fin de Aurelia aliquid, aut Lollia: honestus praefandus est. Et quidem jam non etiam obscenea verba pro obscenis sunt. Batuit, inquit, impudenter: deplet multo impudentius. Atqui neutrū est obsceneum: STVLTORVM plena sunt omnia. Testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco, non nimis a honesti, cole Lanuvini: Cliternini, non honesti. Quid? ipsa res mode honesta, modis turpis? 3. Suppedi, flagitium est, jam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habet scholam Stoicam, 4. οὐ φέρεις διαγράψας τὸν, quām multa ex uno verbo tuo? Te adverteris me omnia audere gratum est. Ego servo, & servabo (sic enim assuevi) Platonis verecundiam. Itaque testis verbis ea ad te scripsi, quā aperissimis agunt Stoici. Sed illi etiam crepitus ajunt: quā liberos, ac ructus esse oportere. Honorem igitur. Kalendis Mart. Tu me diliges, & valebis.

*G. ARG. Preannuntiat Petrus adventus suum.*

CICERO PAPIRIO P. A. T.

**H**EC veni in Cumanum: cras ad te fortasse. Sed cum 23 M. Ceparius, cum mihi in silva Gallinaria obsiam venisset, quāfīssimique, quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Tali scilicet molestie, ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut & viderem te, & viserem & cenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Exspecta igitur hospitem, cum minimè edacem, tum inimicum cenis sumtuosis.

*G. ARG. Rofum à Pato commendatum aīs filii cura: Monit ad canas & convulsiones familiarium redeat: Republi- ea nihil filii esse carnis rūbit.*

CICERO P. A. T.

**R**UFVM istum, amicum tuum, de quo iterum jam ad 24 eo scribis, adjuvarem, quantum possem, etiam si ab eo lasius essem, cum te tam pere viderem ejus causa laborare. cum veio & ex tuis litteris, & ex illius ad me missis intelligam, & judicem, magna cura ei salutem meam fuisse: non possum ei non amicus esse, neque solū tua commendatione, quā apud me, ut debet, valet plutimum: sed etiam voluntate, ac iudicio meo. Volo enim te scire, mi pate, initium mihi suspicioris, & cautionis, & diligentiae fuisse, litteras tuas, quibus interris congruentes fuerunt alia postea multorum. Nam & Aquini, & Fabrateria consilia sunt initia de me, quā te video inaudisse:

1. Marcus P. Flaccus accusans condemnatus, fuit magnus ex Sicilia.] Ita Pall. duo Vaticanius, editio princeps, Vinctorius quoque ali⁹ volgo: Flaccus, Flaccus accusans condemnatus: fuit Marcus ex Sicilia. Guliel. camen legendum potest: Spuria Enarratio ex Sicili. grecis germanis.

2. Quod enim non honestum verbum est divisor? 3. Vaticani excerpta quādūm hoc bonum verbum est divisor? sed nostram lectiōne accepimus ex Palatino Iuxto, Gruteriano, Stev., editione prima & Vinctori⁹; & su⁹ ſerme Palatinas primus nō quod ille fecit unus ex Gulielmanis, di- ploversu⁹: quid enim? non honestum verbum illud dixi? quod interpret-

tatur Ioseph. Scaliger emendationibus ad Ecclissium; Epigrammate: Diatriba cap. 6.

3. Suppedi flagitium est.] Nolui nec posui à Vinctorio difendere accēditib⁹ proximis libris nostris, ille enim suppedi, ut & duo Gulielmi: cuius & unus suppedi, vulgo suppedi flagitium est, quod permētēt defendere Carrioni lib. 1. cap. ix. antiquarum lect. Paullo post pro scholam Palatinas lectus adoram nota legi quoque ſolam.

4. οὐ φέρεις διαγράψας τὸν, Sapientia recte loqueris,

inaudisse & , quasi divinarent , quām his molestus essem futurus , nihil aliud egerunt , nisi me ut opprimerent . Quod ego non suspicans , incautior fuīsem , nisi à te admonitus essem . Quamobrem iste tuus amicus apud me non egit commendatione . Utinam ea fortuna reip. sit , ut ille me quām gratissimum possit cognoscere . Sed hæc hactenus . Te ad cenas itare deſile , molestè fero . Magna enim te deleſtatione , & volupate privati . Deinde etiam vteror , (licet enim verum dicere ) ne ſcio quid illud , quod ſolebas , deditas , & obliviſcare cenulas facere . Nam ſi tum , cūm habebas , quos imitare , non multum proficiebas : quid nunc te facturum putem ? Spurinna quidem , cūm ei rem demonaſtraſem , & vitam tuam ſuperiorem expoliuiſſem : magnum periculum ſumma reip. demonſtrabat , niſi ad ſupriorem conuictitudinem tum , cūm Favonius flaret , revertiſſes . hoc tempore ferri poſſe , ſi forte tu frigus ferre non poſſes . Sed , mehercule , mi Pæte , extra jocum , monete te , quod pertinere ad beatē vivendum arbitror : ut ſum viris bonis , jucundis , amantibus tui viwas . Nihil aptius vita : nihiſ ad beatē vivendum accommodatius . Nec id ad voluntatem refeſo : ſed ad communitatem vita , atque viſtus , remiſionemque animorum : qua maximè fermone efficietur familiari , qui eſt in convivis dulcissimus : ut ſapienſis noſtri , quām Graci : illi οὐ μέτρα , aut οὐδέποτε , id eſt , compotations , aut concenſationes : nos convivia : quod rūm maximē ſimil vivitur . Vides , ut te philoſophando revocare coner ad cenas ? Cura , ut valeas . id foris certitudo faciliſime conſequere . Sed cave , ſi me amas , exiſtines , me , quōd jocofius ſcribam , abjeciſſe curam reip. Sic tibi , mi Pæte , perſuade , me dies , & nocteſ nihil aliud a gere , nihil curare , niſi ut mei cives ſalvi , liberique ſint . Nullum locum prætermitto monendi , agendi , providendi . Hoc denique animo ſum , ut , ſi in hac cura , atque administratione vita mihi ponenda ſit , præclarè actum ſme cum puerum . Etiam , atque etiam vale .

*G ARG. Træcepta militaria ſibi à Pato mifſa tradit, & in ea jocatur. Fabium commendat.*

#### CICERO IMP. PÆTO.

**S**UMMVM me ducem littere tua reddidere , planè neſiebam , te tam peritum eſt rei militaris . Pyrrhi te libros , & Cineas video leſtitasse . Itaque obtemperare cogito preceptis tuis : hoc amplius , naſicularum habere aliquid in ora maritima , contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliore inveniri poſſe . Sed quid ludimus ? nefcis , quocum imperatore tibi negotium fit . *ταῦδες Κόρης* , quam contriveram legendō , totam in hoc imperio explicavi . Sed jocabimur alia corām , ut ſpero , brevi tempore . Nunc ad imperandum , vel ad parendum potius : ſic enim antiqui loquebantur . Cum M. Fabio (quod ſcire arbitror ) mihi ſummuſ uetus eſt : valdeque eum diligō , cum propter ſumman probitatem ejus , ac ſingularem

2. *Quam contriveram legendo* ] Vulgo contriveram : ſed illud habent Pall. duo , totidem Guilelmiani , Viatorii editio . Paullo poſt ſcripſi , ſed jucundis , ut coram , ut ſpero , brevi tempore , ex Pal. duobus , Peckio excerptis , ac Vaticanis editione primaria ac Viatorii . cum editum sit : coram , & ut ſpero , brevi . Nonne . Porro poſte ſequentum verborum mentione , Guilelmus emendabat Cælarem lib . vii . Bell. Gall. Seuors ad imperandum non venire , vulgo ; imperamus . Horat. invitanus ad cenam : *Si melius quid habet acceſſe vel imperium fer.*

2. *Miraria ſancti exhibilatam eſſe ſervientem noſtram* .] Nullo modo hanc lectionem ſollicitandam eſſe ante Lamb. admonevit P. Viator : quam quoque tuenit Pall. duo præſta editio . Ex Clericano proferat Lamb. ſententiam uſtrum , ſed neque gloria eis ut vulgata ſervientia poſt ſtatim iſcripiſſe ex Pall. itidem duobus , totidem Guilelmii , Vaticanis editione que ad eo Viatoriana ; cui poſſet riferiſſi ſi in literis riferiſſem : cūm languiſſime exculcum feratur : haud poſſet riferiſſi in literis riferiſſem .

3. *Habeo , inquit : non habeo à Laide* .] Recidi illud Laide ex duobus Pall. Guilelmianis quatuor , editione primaria & Viator . Vaticanis excerpta plura decantantur habeo , inquit : non habeo . Crac : quod mihi maiorem in modum placet ; eo magis , quoniam præſerter habeo eum Laide : quoniam verba alias haberi jubebat pro gloria Gruterus noſter ſicut & illa :

modestiam , tum quod in his controversialis , quas habeo cura tuis combibonibus Epicureis , optima opera ejus uti ſoleo . Is cūm ad me Laodiceam veſiſet , mecumque ego eum eſſe velle , repente percuſſus eſt atrocissimis litteris , in quibus ſcriptum erat , fundum Herculanem à Q. Fabio , tratre , proleptiſtum eſſe : qui fundus cum eo conuimus eſſet . Id M. Fabius pergratiter tulit : exiftimavitque , fratrem ſuum , hominem non ſapientem , impulſu inimicorum ſuorum eò progrediſſum eſſe . Nunc ſi me amas , mi Pæte , negotium totum ſuſtipe : & moſteſtis Fabium libera . Autoritate tua nobis opus eſt , & confiſio , & etiam gratia . Noli pati litigare fratres , & judicis turpibus conſiectari . Matronem , & Polioniem inimicos habet Fabius . Quid multa non mehercule tam perciſibere poſſum , quām mihi gratum feceris , ſi otioſum Fabium reddideris . Id ille in te poſitum eſte putat , mihi perſuaderet .

*G ARG. Dēſcriptio & excuſatio cœna hilariorū , praeferrim accumbente Cytheride meretrice .*

#### CICERO PÆTO . S. D.

**A**CCVVERAM hora nona , cūm ad te harum exemplarum in codicillis exaravi . Dices , ubi ? apud Voluum Entrapolum , & quidem ſupra me Atticus , inſra Verrius , familiares tui . 2. Miraris tam exhibilatam eſſe ſervientem noſtram ? Quid ergo faciam ; te conſulo , qui Philoſophum audis . Angar ? excruciemne mea ? quid aſſequar ? Deinde quem ad finem ? Vivas , inquis , in litteris . An quidquam me aliud agere conſensat ? aut poſlem vivere , niſi in litteris viverem ? Sed eſt earum etiam non ſatietas , ſed quidam modus . A quibus cūm diſceſſi , etiſi minimum mihi eſt in cena : quod tu unum *γῆνη* Dionis philoſopho poſuisti ; tamen quid potius faciam , priuam quām me dormitorum conferam , non reperio . audi reliqua . Infra Entrapulum Cytheris excubuit . In eo igitur , inquis , convivio Cicero ille ? quem adpeſtabam ? cuius ob os Graji ora obvertebant ſua ? Non , mehercule , ſupicatus ſum illam affore : ſed tamen ne Aristippus quidem ille Socratis erubuit , cūm eſſet objecrum , habere eum Laide . 3. Habeo , inquit , non habeo à Laide . Gracē hoc melius . tu , ſi voles , interpretabere . Me vero nihil iſtorum , ne juuenem quidem , movit umquam : ne nunc ſenior . convivio deleſtor . ibi loquoſ , quod in ſolum , ut dicitur , & gemiſum , & in riſu maximos tranſero . An tu id melius , 4 qui etiam in philoſophum irriseris ? Cūm ille , 5 ſi quis quicquam quereret , dixiſſet , cenam te querere à manu dixeris . 6 Ille baro te putabat quæſitum ; unum culum eſſet , an innumerabilia . Quid ad te ? At hercule cena numquid ad te ? ibi præſertim : Sic igitur vivitur : quotidie aliquid legitur , aut ſcribitur : deinceps , ne alicui ſihi ſubiuam , epulamur una non modò non contra legem , ſi illa nunc lex eſt , ſed etiam intra legem , & quidem aliquantò . quare nihil eſt , quod adventum noſtrum extimescas . Non multi cibi hoſpitem accipies , multi joci . Vale .

M TUL.

nedum ſenem : ſed ne nunc ſenem ut edidi habent Pall. Gruterianus , tres Gulielmiani , editio prima & Viatorius .

4. *Qui etiam in Philoſophum inſcriſſi* .] Eleganter quam non uſitate ita & Pall. Vaticanus , Viatorius editio , quod , ut dixi , erat rarius , statim homines perficit & imperita frontis , præpositionem fuluerunt , in .

5. *Si quis quicquam quereret , dixiſſet , cenam te querere à manu dixeris* .] Sic ſingulis apicibus optimus codex Palat. ſexus , quem admodum ex iuis eruit P. Viatorius : cuius adductus exemplis addas Hirtium de bello Alexandrino : praeferrim cum militi à manu dei juvani ſab armo ſteſſient . Palverò primus : a manu dixeris : Doctus virum eandem ſcriparum in v.c. reperiſſet , coniicit , amare , id eſt , falſe . Eo tum eſt : cām ille quis quid quereret , dixiſſet , cenam te querere à manu dixeris .

6. *Ille baro te putabas quæſitum* .] Et hic hanc locum incorruptum custodiſſet laudissimus codex Palatinus ſexus : eruit primus P. Viator . Ad hunc verò locum notat vir doctus . Recte Epicureos vocat Barones Cicero . & hic ad Atticum nam in veteri G. ſilio , Baro exponit *βάνηλος* , id eſt , interpreibus Suida & Heylio , famus ſimil & effeminatus . quare fruſta ſunt , qui hiſe *Varii* malunt hinc ille . pefſimè editum eſt ; illa vero .

I. 78